



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Robertus Abb. 7. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

7. Iunii. VITÆ SANCTORUM. 357  
suoſque æternum devovit; unde è Virgi-  
nis manu uestem candidam (quâ mores  
ſuos tota hæc familia etiamnum mon-  
ſtrat,) ab Augustino verò Leges aureis  
literis exaratas accepisse memoratur. Ita  
candidatus cùm cælum diu ambiviffet,  
anno demū CXXXIV. ſupra M. obtinuit,  
& in victoriæ ſignum olivam manu præ-  
ferre viſus eſt. Nonnemo eundem ſub liliī  
imagine tranſportari in cælum conſpexit.  
An non gratulari ſibi terra tunc potuit,  
cùm flores habuit, quos in ſua rosaria  
transfere Superi amabant? Sed & nunc  
tales daret, ſi non ungue infeſto invidus  
calo heu! mundus præriperet. Ex Surio.

Bonamors justi propter requiem, melior  
propter novitatem, optima propter ſecurita-  
tem. E contrà mors peccatorum pefſima:  
mala in mundi omiſſione, pejor in carniſ  
ſeparatione, pefſima in vermis ignisque  
contritione. S. Bern. in Epift.

S. ROBERTUS ABB. 7. Iunii.

ROBERTUM alterum D. Bernar-  
di oculum imitandum proponimus,  
cā frugalitate virum, ut heluari ſibi vide-  
retur, ſi ipſis Paschalibus avenaceum pa-  
nem bytyrō adipatum guſtaſſet. Geniuſ  
ergo ſuum defraudans, intactum paupe-  
ribus remiſit. Sed debebatur cælo tam de-  
licatum A pophoretum, tantaqüe virtute  
conditum. Angelus ſub centonibus lati-  
tans eo donatus eſt, argumentis aliis plu-  
ribus,

Z 3

358 VITÆ SANCTORUM. 7. Junii.  
ribus, & illo maximè agnitus, quòd dis-  
cum invisus omnibus in mensam retulit,  
& paulò post, quasi vicem relatus, læto  
R O B E R T U M nuncio beavit, nomina  
discipulorum ejus albo cæli inserta esse,  
duos dñntaxat eâ felicitate exidisse; ex  
quibus alterum credibile est eum ipsum  
fuisse, quem è medio orantium cœtu dæ-  
monis furcâ abstractum, auferri ab eo  
spontâ aspexit spolium orco. Alias globo  
juvenum immixtum Cacodæmonem &  
singulorū auribus sua venena insusurran-  
tem à magni sceleris apparatu abduxit,  
fatentem postea certum sibi fuisse, nup-  
tuales ludos jurgiis, & multâ cæde finire,  
nisi à ROBERTO esset interpellatus. Sed  
annum M. D. LIX. mortuum Godricus  
familiaris ejus ignei globi specie à tribus  
Angelis inferri cælo vidit, allatrantibus  
ponè stygiis larvis. Plusquam caninâ im-  
pudentiâ, utique si talis prædæ spem ne-  
que illo rerum articulo deposuerunt. No-  
bis quid fiet, qui nunc his beluis colludi-  
imus, & neque fuscinam satis, neque spor-  
tam prædatoriam timeimus? Ex Surio.

*Cogitatio omnis secularis & carnalis  
tempore orationis abscedat, nec quidquam  
animus, quam id solùm cogitat, quod pre-  
catur. Clauditur contra adversarium pe-  
ctus, & soli Deo patens nec ad se hostem  
Dei tempore orationis patiatnr. accedere.  
S. Cyprian. de orat. Dom.*

S. VIC-